

sublimibus et se fastigiantibus ex ligno fabre quidem factis, et in quibus materiam opus commendet, columnis sustentatur.

ZAMORA.

Adde et eo pacto dispositis, ut sacra facientem sacerdotem undique indorum omnis multitudo, quorum huc diebus festis confluit maxima, audire et videre possit inoffense.

ALFARUS.

Templum non est admodum capax.

ZUAZUS.

Concionanti præsertim Bustamantio.

ALFARUS.

Accepi eximium hunc virum magno cum applausu a mexicanis audiri.

ZUAZUS.

Dignissimus est qui ex æquo ab omnibus audiat, quod perspicue doceat, magnopere delectet et vehementer moveat.

ALFARUS.

Absolvisti numeris omnibus oratorem. Quam tamen se extendat hortus, ex parietum longissima serie et supra ipsos prominentibus arboribus satis quidem apparet.

ZUAZUS.

E regione collegium est promiscuorum puerorum, utriusque Joanni consecratum.

techo descansa en altas columnas disminuidas (54), hechas de madera labrada, y en las que el arte ennoblece la materia.

ZAMORA.

Y agrega que están dispuestas de tal modo, que mientras el sacerdote celebra el divino sacrificio, puedan oírle y verle sin estorbo los innumerables indios que se juntan aquí los días festivos.

ALFARO.

La iglesia no es muy ámplia.

ZUAZO.

En especial para cuando Bustamante predica. (55)

ALFARO.

Sé que los mexicanos oyen con gran gusto á este insigne orador.

ZUAZO.

Dignísimo es de que todos le oigan del mismo modo, porque enseña con claridad, deleita en gran manera, y conmueve profundamente á su auditorio.

ALFARO.

Has definido completamente al orador. Bien se conoce la gran extension de la huerta, por esa larguísima tapia, y por los árboles que sobre ella asoman.

ZUAZO.

Enfrente queda el colegio de los muchachos mestizos, dedicado á uno y otro San Juan. (56)

ALFARUS.

Quos tu appellas promiscuos?

ZUAZUS.

Hispano-indos.

ALFARUS.

Dic explicatius.

ZUAZUS.

Orbatos, qui nati sunt ex hominibus hispanis et indicis feminis.

ALFARUS.

Quid ibi conclusi agunt?

ZAMORA.

Legunt, scribunt, et quod est potius, in his quæ ad Dei cultum pertinent, instituuntur. Bini in talaribus vestibus incedunt, plerumque quaterni, quia pueri.

ALFARUS.

Quid acturi ubi adoleverint?

ZUAZUS.

Liberalibus qui ingenio valent, cæteri qui non perinde mechanicis et circumforaneis artibus incumbunt, quo fit ut una cum ætate crescente virtute, viri facti, nisi inviti ad malum induci non possint.

ALFARUS.

Nunquam est reipublicæ tam bene consultum, quam cum sic formantur pueri, ut virtute quam

ALFARO.

¿A quiénes llamas mestizos?

ZUAZO.

A los hispano-indos.

ALFARO.

Explicáte mas claro.

ZUAZO.

A los huérfanos, nacidos de padre español y madre india.

ALFARO.

¿Qué hacen ahí encerrados?

ZAMORA.

Leen, escriben, y lo que importa más, se instruyen en lo tocante al culto divino. Andan de dos en dos, en traje talar, y muchos de cuatro en cuatro, porque son pequeños.

ALFARO.

¿A qué se dedicarán cuando crezcan?

ZUAZO.

Los dotados de ingenio claro se aplican á las artes liberales, y los que, por el contrario, carecen de él, á las serviles y mecánicas: de modo que creciendo la virtud con la edad, cuando lleguen á ser grandes no se les hará obrar mal sino por fuerza. (57)

ALFARO.

Nada es tan provechoso para la república, como educar de ese modo á sus hijos, á fin de que nunca

semel imbiberunt, confirmati postea, nunquam possint relinquere.

ZUAZUS.

Plurimum refert vel ad felicitatem, vel ad miseriam, quibus a teneris imbutus fueris, et in quibus obcalueris.

ZAMORA.

Hoc est aliud incile transversum, et cui adhæremus, cœnobium occidentem versus ambit.

ZUAZUS.

Hinc redduntur apertæ indorum ædiculæ, quas quia humiles sunt et humi serpunt, intra nostratia ædificia obequitantes, conspiciere non potuimus.

ALFARUS.

Sine ordine.

ZUAZUS.

Ita semper tulit ipsorum consuetudo. Ad sinistram non est procul aliud promiscuarum puellarum collegium, non minus quam puerorum celebre.

ZAMORA.

Ibi diligenter asservatæ, ubi muliebres artes, consuendi scilicet, acupingendi, edoctæ sunt, et in his quæ ad christianam pietatem attinent instructæ, ad annosque nubiles pervenere, maritis copulantur.

ALFARUS.

Magnum sane utriusque sexus remedium commemoras. Illud tamen quod est post aqueductum,

se aparten del sendero de la virtud en que una vez fueron puestos y despues encaminados.

ZUAZO.

Mucho contribuye á nuestra felicidad ó desgracia la enseñanza que de niños recibimos y se arraigó en nosotros con los años.

ZAMORA.

Aquí atraviesa otra acequia, y la que seguimos ciñe el convento por la parte del poniente. (58)

ZUAZO.

Desde aquí se descubren las casuchas de los indios, que como son tan humildes y apenas se alzan del suelo, no pudimos verlas cuando andábamos á caballo entre nuestros edificios.

ALFARO.

Están colocadas sin orden.

ZUAZO.

Así es costumbre antigua entre ellos. A la izquierda queda muy cerca un colegio de niñas mestizas, donde hay tantas como varones en el otro. (59)

ZAMORA.

Sujetas allí á la mayor vigilancia, aprenden artes mujeriles, como coser y bordar, instruyéndose al mismo tiempo en la religion cristiana, y se casan cuando llegan á edad competente.

ALFARO.

Me das noticia de dos asilos utilísimos para jóvenes de uno y otro sexo. ¿A qué santo está dedi-

albicans et eminens templum, tanta in amplitudine positum, cui ex divis nuncupatum est?

ZAMORA.

Joanni Baptistæ.

ZUAZUS.

Jam superbum valde et elegantissimum, siquod aliud in orbe toto, ædificium considera: nomen est ei *tabernæ Tejadæ*, ab usu et auctore nomen tenens.

ALFARUS.

Nihil unquam vidi præclarius. Triangularis est structionis figura: duo latera porticus et latæ et longæ nimium, columnis æque magnis distinctæ, claudunt: tertium fossa redundans aqua circuit. Intra porticus tabernæ sic inter se similes sunt, ut nisi numero, nulla ab alia distingui possit. Interiora tabernarum etiam nihil invicem differentia, tam sunt arte constructa, ut, quod miror, in parvo solo integra sit domus, ut neque vestibulum, neque atrium, neque stabulum, neque culinam, neque triclinia et cœnationem, neque quæ sunt reliqua, desiderare possis.

ZAMORA.

Supra porticus superna sunt tabernarum membra, quæ solem et lucem magnis fenestris in omnia pene superiora cubicula inferunt. A tergo incile est tabernis omnibus commune, quod ad duo porticum latera tantopere ampliatur dilataturque, parietibus undequaque clausum, ut plane speciem duorum portuum reddat, ad quos per gradus marmoreos descensus est.

cado aquel blanco y elevado templo que se ve en lugar despejado, mas allá del acueducto?

ZAMORA.

A San Juan Bautista.

ZUAZO.

Mira ahora ese soberbio y hermoso edificio, como habrá pocos en el mundo, que se llama, «las tiendas de Tejada» (60), cuyo nombre toma del uso á que está destinado y de la persona que le levantó.

ALFARO.

Nunca ví cosa mas bella. La planta del edificio es triangular: forman dos de sus lados unos anchos y extensos portales, sostenidos por grandes columnas equidistantes, y al otro lado le ciñe un foso lleno de agua. Debajo de los portales hay tiendas tan iguales entre sí, que á no ser por sus números, no pudieran distinguirse una de otra. La parte interior de ellas, tambien igual en todas, está dispuesta con tal arte, que admira ver cómo en tan corto terreno hay una casa completa, en que no falta zaguan, patio, caballeriza, comedor (61), cocina, y todo lo demas.

ZAMORA.

Encima del portal se ve el segundo piso de las tiendas, y por esas grandes ventanas reciben sol y luz casi todos los aposentos del dicho piso. A la espalda corre la acequia comun á todas las tiendas. Está cerrada con tapias por todas partes, y se ensancha tanto á los extremos de los portales, que forma como dos pequeños embarcaderos, á los que se baja por escalones de piedra.

ALFARUS.

Quanta est ibi lintrium copia, quam multæ onerariæ trabes, importandisque mercibus optimæ, venetias ut non sit cur desideres. In proximo, contra tertium latus, indorum est amplissimum emporium, in cujus medio, edito loco positum, pulsatur cymbalum. Ad latus adest patibulum, ad quod per januam et gradus aliquot introitus et ascensus est; a longe satis conspicuum, quod a terra non parum tollitur. Quam multi omnis generis et omnis ætatis huc indi empturi et vendituri confluunt! Quantum est vendentium ordo, et quam multa venduntur, quæ ipse alibi venalia nunquam reperi!

ZAMORA.

Ut sunt hominum diversi mores et linguæ, ita terrarum non est idem ingenium, nec eadem natura.

ALFARUS.

«Mille hominum species, et rerum discolor usus.»

Et illud,

«India mittit ebur, molles sua thura Sabei.»

Verum quæ sunt ista quæ sedentes indi indæque venditant? nam specie apparent vilia et infima pleraque.

ZUAZUS.

Quæ terra suggerit, agi, frisoles, aguacates, guaiavæ, mamei, zapotes, camotes, gicamæ, cacomitæ, mizquites, tunæ, gilotes, xocotes et alii id genus fructus.

ALFARO.

Es tal la abundancia de barcas, tal la de canoas de carga, excelentes para conducir mercancías, que no hay motivo de echar menos las de Venecia. Allí cerca, y frente al tercer lado, tienen los indios un amplísimo mercado, en cuyo centro tocan una campana puesta en alto. Al lado está la horca, á la que se entra y sube por una puerta con su escalera; y á causa de su elevacion se descubre desde lejos. ¡Qué gran número de indios de todas clases y edades acude aquí para comprar y vender! ¡Qué orden guardan los vendedores, y cuántas cosas tienen, que nunca ví vender en otra parte! (62)

ZAMORA.

Así como los hombres varían tanto en idioma y costumbres, del mismo modo no todas las tierras son de la misma naturaleza y calidad.

ALFARO.

«Tan vario en rostro como en gusto el hombre.» (63)

Y el otro:

«La India marfil nos envía;

«Su incienso el muelle Sabeo.» (64)

¿Pero qué es lo que venden esos indios é indias que están ahí sentados? Porque las más parecen á la vista cosas de poco precio y calidad.

ZUAZO.

Son frutos de la tierra: ají, frijoles, aguacates, guayabas, mameyes, zapotes, camotes, gicamas, cacomites, mezquites, tunas, gilotes, xocotes y otras producciones de esta clase. (65)

ALFARUS.

Inaudita nomina, ut nunquam visi fructus! At quæ sunt potiones illæ, in magnis testaceis vasibus?

ZUAZUS.

Atole, chian, zozol, ex seminum quorundam farinis confectæ.

ALFARUS.

Peregrina vocabula.

ZUAZUS.

Ut nostra ipsis.

ALFARUS.

Quid rei est ater ille liquor, quo, ceu bitumine, crura obliniuntur, et fiunt magis nigra quam Æthiopum? Eiusdem etiam coloris, quid est illud quo veluti cæno aliquo capita illiniuntur et quasi argilla incrustantur? Quorsumque id fiat exponite.

ZUAZUS.

Liquamen indice apellatur *ogitl*, eoque utuntur indi adversus frigus et scabiem. Argilla vero ipsorum lingua sive *zoquitl* sive *quahtepuztli* nuncupatur; utilis ad denigrandos capillos, et pediculos interimendos.

ALFARUS.

Ignota quidem Hippocrati, Avicenæ, Dioscoridi et Galeno medicamina. Vermiculorum etiam conspicio venalem copiam, et quidem magnam: rogo quorsum, nam concitor ad risum.

ALFARO.

Nombres tan desconocidos como los frutos. ¿Y qué bebidas son las que hay en esas grandes ollas de barro?

ZUAZO.

Atole, chian, zozol, hechas de harina de ciertas semillas. (66)

ALFARO.

¡Vaya unos nombres extraños!

ZUAZO.

Como los nuestros para los indios.

ALFARO.

Ese líquido negro con que se untan las piernas como si fuera un betun, y se las ponen más negras que las de un Etiópe, ¿qué es? ¿Y qué es aquella cosa, negra también, que parece lodo, con que se untan y embarran la cabeza? Dime para qué hacen esto.

ZUAZO.

Al líquido llaman los indios *ogitl*, y le usan contra el frío y la sarna. Al barro llaman en su lengua *zoquitl* ó *quahtepuztli*, muy propio para teñir de negro los cabellos y matar los piojos. (67)

ALFARO.

Medicinas desconocidas á Hipócrates, Avicena, Dioscorides y Galeno. Veo también de venta una gran cantidad de gusanos: deseo saber para qué sirven, porque es cosa de risa.

ZAMORA.

Aquatiles sunt, et ex palude afferuntur: indico sermone *oquilin* dicuntur: eis que et ipsi vescuntur et passerculos suos alunt.

ALFARUS.

Mira narras: quis unquam crederet hominibus obsonium esse vermes, cum vermibus sint homines, vita functi?

ZAMORA.

Semina item, variæ quoque virtutis, exposita sunt: qualia sunt *chia*, *guahtli*: herbarumque et radicum prostrant mille genera, nam *iztacpatli* a phlegmate purgat; *tlalcacaguatl* et *izticpatli* a febre liberant; *culuzizicaztli* capitis gravedinem levat; *ololiuhqui* ulcera et latentia vulnera sanat: et quam nos Mechuacanensem radicem appellamus, indi pariter et hispani ad evacuandos humores experti sunt adeo salutarem, ut ruibarbo, scamoneæ et cassiæ populæ, quem medici benedictam medicinam nominant, non sit tantus usus et utilitas.

ALFARUS.

Genuit ubique terrarum natura, rerum parens, pro soli varietate, varia et mira, quæ accolis suis ut sunt utilia, ita exteris perniciem afferunt. Illa tamen tam ampla et crassa folia, quæ utrinque spinis horrida sunt et in acum desinunt, supra quæ tot herbæ, tot radices, et alia multa imponuntur, ex qua desumpta sunt arbore?

ZAMORA.

Ex ea quæ *Maguei* a nostris, et ab indis *Metl*

ZAMORA.

Son gusanos del agua, y los traen de la laguna. Los indios les llaman *oquilin*; ellos los comen y tambien los dan á sus aves. (68)

ALFARO.

Es cosa extraña. ¿Quién habria creído que los gusanos habian de ser alimento á los hombres, cuando estos, apenas fallecen, sirven de pasto á aquellos?

ZAMORA.

Véndense tambien otras semillas de virtudes varias, como *chia*, *guahtli*, y mil clases de yerbas y raices, como son el *iztacpatli*, que evacua las flemas, el *tlalcacahuatl* y el *izticpatli* que quitan la calentura, el *culuzizicaztli* que despeja la cabeza, y el *ololiuhqui* que sana las llagas y heridas solapadas. (69) Tambien la raiz que llamamos de Michoacan (70), de cuya virtud purgativa tienen tan benéfica experiencia indios y españoles, que ni el ruibarbo, escamonea y casia púpula, que los médicos llaman medicina bendita, son de tanto uso y utilidad.

ALFARO.

La naturaleza, madre universal, produce en todas partes, conforme á la diferencia del suelo, cosas varias y admirables, tan provechosas á los indígenas como perjudiciales á los extrangeros. Mas aquellas hojas tan grandes y gruesas, terminadas en una aguda pua, y guarnecidas de terribles espinas en ambas orillas, sobre que ponen tantas yerbas, raices y otras muchas cosas, ¿de qué árbol son?

ZAMORA.

Del que nosotros llamamos *Maguey*, y los indios

nuncupatur, in tot ac tantos usus necessaria, ut non in plures fuerit olim gladius Delphicus: ac nisi ejus tanta foret in indico solo copia, nihil tam accederet admiratione dignum.

- ALFARUS.

Consuetudo pariendi tollit admirationem, cum nihil sit tam admirabile; atque ita ea in rebus cæteris aut adimit, aut minuit mirationem: unde optime ille: «quod tu miraris ridet alter.»

ZUAZUS.

Arbor est, ut eam primum tibi depingam, quæ se nimium ad radicem multis et magnis foliis, crassissimis et acuminatis a lateribus rigentibus aculeis diffundit: deinde recta, veluti columna aut pinus ramis nudata, ad hastæ altitudinem surgit: crassior fit in fine, et cum satis est matura, pallidos mittit flores. Abscisa, numquam renascitur; relicta, post annum arescit; sed ex folio rursus sato, arbor prodit altera.

ALFARUS.

Ut ex combusta Phœnice Phœnix. Sed jam ad commoda venito.

ZAMORA.

Ex foliis viridibus, in aqua et supra saxa contusis et erasis, veluti canabis fit, ex qua filii, et ex filiis telæ linteorum loco, et funes, tam crassi quam tennes; acum vicè sunt spinæ, rigidiores quam si ferreæ forent, in quas singulas singula desinunt folia, quæ pro tegulis etiam imponuntur domibus tegendis: infima ipsorum albicant et tenera sunt, sicque

*Metl*, el cual sirve para tantos usos y tan importantes, que no le igualó en esto la antigua espada de Delfos. (71) Y si no fuera porque es comunísimo en Indias, nada habria en ellas que causara mayor admiracion.

ALFARO.

Lo mas admirable deja de serlo, si cada dia se repite, y así es que en todo la frecuencia quita ó disminuye la maravilla; por lo que con razon se dijo: «de lo que uno se admira, otro se burla.»

ZUAZO.

Comenzando por describírtelo, te diré que es un árbol que desde la raiz arroja á todos lados muchas hojas grandes, gruesas y puntiagudas, cercadas de espinas durísimas: crece luego recto hasta la altura de una lanza, á modo de columna ó de pino sin ramas. Es más grueso en la punta, y cuando llega á la madurez, echa unas flores pajizas. Si se corta, vuelve á brotar; si se deja, se seca al cabo de un año; pero sembrando una hoja, renace un nuevo árbol.

ALFARO.

Como el Fénix de sus propias cenizas. Pero dime ahora para qué aprovecha.

ZAMORA.

De las hojas verdes, machacadas y deshebradas en el agua sobre unas piedras, se hace una especie de cáñamo, y de él, hilo con el cual se tejen telas que suplen por las de lino, y se tuercen tambien cuerdas gruesas y delgadas. La espina, tan dura como si fuera de hierro, en que remata cada hoja, hace officio de aguja. Las hojas sirven de tejas para